L. S. P. E. O.

PUlcherrime Paulus, Apoſtolus, *Timotheum filium ſuum in fide Germanum*, Epiſcopum Epheſinum 1. Tim. I, 23. monet: *Nemo tuam juventutem contemnat.* Cap. IV, 12. Admonitio hæc multa in ſe notatu digna continet. Loquitur de *juventute*, quæ non una, ſed duplex eſt. Alia *annorum* & *vitæ*; alia vero *donorum, & ſapientiæ.* Prior ſignificatio eos dicit juvenes, qui ad plenam ætatis virilis florem nondum pervenerunt, qualis erat ille, qui ſindone amictus Jeſum ſequebatur, cum eundem hoſtes captum abducerent. Marc. XIV, 51. Nec non filius viduæ Nainiticæ. Luc. VII, 14. Poſterior iſtos notat,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn335818536/5
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG